

iiii. c. presbyter si a plebe. Ratio diuersitatis est. quia in suspensione ad tempus aliud non expectatur finito tempore cum cursu temporis declaret, de cle. vna. c. i. vbi autem suspensus est, donec satisfaciatur, vel aliter ex se non pateret cessatio causæ sententiæ. multa. n. possunt dubitationes occurrere, an causa sit finita, an plene satisfecerit, vel non quod oportet per iudicem terminari, ideo expectatur absolutio, & vide de coha. cle. c. sicut, & de iud. cap. i. & quod no. in cle. i. de dec. dicit lo. An. q. c. presbyter. ii. q. iii. qd allegat, facit contra, nam ibi presbyter suspēditur, donec satisfaciatur, & ibi declaratur, quod facta satisfactio securè officium suum administret, & hoc ten. Inn. de coh. cler. c. sicut, qui in hoc videtur sibi cōtrarius. Ideo dicit lo. An. hoc membrum subdistinguentium, q̄ aut satisfactio est iudicialis, tūc quia de ea dubium esse non potest, absolutio censetur satisfactio facta. nec expectatur alia absolutio, vt in c. presbyter. Pone. n. q̄ suspendat iudex, donec quis comparet coram eo. vel libello, vel positioni respondeat, certe data comparatione, vel responso libello, cessat suspētio, nisi causa, propter quam est suspensio, egeret alia dispensatione, vel ex ea remaneret aliud impedimētum, vt q̄ peccatum esse manifestum, vt dicit Inno. in d. c. sicut. Si autem satisfactio est extrajudicialis, procedit quod est dictū vt egeat absoluteione, quia tūc de ei⁹ satisfactio, vel plenitudine satisfactio potest dubitari, dicit tamen Ioan. An. in cle. i. de dec. q̄ sufficit declaratio iudicis super satisfactio, sine alia absoluteione, quamquam secus sit in excommunicatis. ¶ Quæro a quibus priuet suspensio? glo. dicit, q̄ a potestate eligendi actiue, & passiue, similiter a potestate beneficia per collationem suscipiendi. Quod intellige, quando est suspēsus ab omnib. secus si ab vno. q̄ pt tunc beneficium suscipere ratione alterius ordinis, quem tenet. sup. de temp. or. c. vel non est compos, priuat etiam potestate conferendi, de conce. præb. c. quia diuersitate, & no. sup. de consue. c. cum dilectus. Dicit etiam gl. q̄ priuat interim potestate beneficia percipiendi. i. redditus beneficiorum, all. de app. c. pastoralis, quod limitat hic Ioan. And. quando est in mora petendi absoluteionem, alias sec⁹ all. de ele. c. si. ii. q. v. c. super cā, secundum Tan. & Vinc. Tu dic, quo ad hoc, q̄ si suspensus est, interim perdit redditus sicut excommunicatus, & hoc voluit hic gl. all. c. pastoralis. Innu. glo. q̄ non perdat iura sua temporalia, vel spiritualia, nec possessionem ipsorum, perdit tamen interim fructus, sicut excommunicatus, quod no. quia extenditur illa decr. pastoralis. ad suspensum. Eo autem absoluteo, an recuperet fructus, si suspensus iuste non recuperat, si iniuste, tūc si non fuit in mora absoluteionem petendi, illos recuperat absoluteus. Vbi autem est depositus, redditus non recuperat, vt dicit glo. in d. c. super causa, & vide in d. c. pastoralis, quod no. Host. tamen remittit ad sum. de sen. ex. c. s. quis sit effectus. vbi dicit prædicta procedere in suspensio ab officio, & beneficio, uel a beneficio tantum, in suspensio autem ab officio tantum, dicit quod si suspensus est ex magna causa, & idem, de pur. c. c. inter, & d. c. super causa si ex leui causa, si diu persistat, potest fructib. priuari, quia & beneficio, vt hic. si diu non stetit, non est fructib. beneficiorum priuandus. \* quia ex leui causa non est quis priuandus. \* xvi. q. vii. c. inuentum, C. de execu. rei iud. l. stipēdia. leuem autem causam vocat, quando fit propter scandalū populi, vel infamiam solam. ii. q. iii. c. presbyter. hæc vera in fructib. beneficiorum, in quotidianis autem distributio nib. dicit statim suspensum, quancunque priuari, quia illæ dantur propter interesse officio, de præb. c. licet, & c. cum secundum. Vltimo se corrigit, q̄ sententia suspensionis in officio non extenditur ad beneficium, nisi exprimat de solutioni. c. ii. in fi. vel quando infertur ex causa impedimenti perpetui, ar. de off. or. c. dilectus, de poen. dist. i. c. poene. Dic de hoc, vt in cle. fin. de poenis, & dicam plene in c. pastoralis, de ap. Per prædicta infert gl. seq. q̄ suspensio beneficia non possunt retinere, quæ acquisiuerunt durante suspensione; etiam si postea sint absolutei, quia tunc tempore obtenti beneficii inhábiles erant, & indigni, quia in talibus principium considerandum est, de ele. c. dudum, per quod dicit ar. secundum Doct. de cle. exc. mini. c. postulasti. ii. respon. dicit etiam Tancre. q̄ putat dec. cum illo rum, de sent. excom. habere locum etiam in beneficiis tōne similitudinis, & connexitatis, quam gloss. etiam posuit Vin. Dicit tamen glo. etiam q̄ tractates spiritualia interim

puniendi sunt, & cum eis dispensare non possunt episcopi  
7 all. xi. q. 3. c. si q̄s eps, & de sen. exc. c. cū illorum. ¶ Gl. vlti. opp. & vñ, q̄ solo lapsu anni durans in suspensione debeat priuari. xi. q. 3. c. rursus. Sol. cōtrariū loquitur in excōicatio, qui & interim tractans spiritualia deponi debet. Idem videtur, & in suspensio, vt hic. de sent. exc. c. cum illorum, secundum glo. Idem dicit Inn. & Host. Vnde dicit, quamquam hoc dictum possit tolerari, tamen non est malum dicere, q̄ hæc decre. ponat ius distinguēdo hac forma, quod quandoque sententia suspensionis fertur propter contumaciam criminis, vel causæ criminalis, & sufficit lapsus anni, vt c. rursus. Quandoque fertur propter aliam causā ciuilem, non criminalem, & tunc requiritur lapsus triennii, vt in d. c. nostro. & sic c. nostrum, & c. rursus. loquuntur in diuersis casib. quod no. q̄ factum narrat, inquantum dicit de triennio, facit ad hoc. de hæc. c. cum contumacia, li. vi. vnde sic secundum eum mitigatur rigor canonum dicentium statim excommunicatum p̄ crimine a beneficio deponi, nisi statim doceat in iusticiam sententiæ, xi. q. iii. cap. si quis presbyter. Sed illud loquitur in eo, qui postea celebravit. i. post excommunicationem, vel suspensionem celebravit, quia efficitur irregularis. Vnde secundum hanc opi. antequam priuetur beneficiis ex temporis cursu, non priuatur ipso iure. Si tamen sententia feratur, quia priuet post annum non auditur super priuatione, sed super crimine tantum. Recitat alios dicere, & in hoc residere videtur, q̄ stans in suspensione, vel excommunicatione per annū, ipso iure est beneficiis priuatus, & vltius super ipsis non auditur, remittit ad no. de offi. del. c. quærenti, de har. c. excommunicamus. §. ii. de poenis. c. si. Non ob. de ele. non resid. c. ex tuq̄, vbi non expectatur, uis per sex menses. Illa loquitur in latitante, docens quantum debeat expectari, & beneficio priuari. hic in contumace p̄ntē, & excommunicato, docens quantum debeat expectari. Ibi. n. ex contumacia speciali non residentis, quæ respiciet beneficium ideo citius priuatur, hic propter aliam causam. Dixerunt tamen quidam hic, quod plus punitur suspensus, quam excommunicatus, quia suspēsus perdit, quæ prius habuerat, & quæ prius quæsiuit, excommunicatus autem non, nisi quæ medio tempore quæsiuit, ut c. postulasti, de cle. exc. mi. Et dicunt, quod hoc operatur maior contemptus, qd Abb. impugnat dicens non esse differētiam inter ista vtroque casu. Dicit tamen hanc penam habere locum demū, quando propter cōtumaciam criminis, vel criminalis causæ est suspēsus, & sic loquitur c. rursus, & ca. quicunque, alle. sup. xi. q. iii. Credo quod si est suspensus, & citatus, vt ueniat simpliciter, vel excommunicatus, quod non sit priuatus, licet priuari posset existente proteruitate contumaciæ, ut hic. ideo dicit hic Host. quod est dare vnum nouū modum puniendi contumaciam, scilicet quod quis alias priuetur beneficiis, si hoc exigat proteruitas cōtumaciæ, & dicunt hunc modum puniendi contumaciam, addēdū illis, quæ habentur, vt li. non cont. capitu. tuæ. Item poterit etiam vltra crescente contumacia inuocare brachium seculare, vt inf. de iud. c. cum non ab homine. Vel potest dici, quod quandoque crimen, est tale, quod eo ipso, quod constat de sui natura, inducit priuationem beneficiorum ipso iure, & tunc procedit dispositio. c. rursus, & c. quicunque. Quandoque non est tale, imo lata sententia etiam super crimine, requiritur sententia priuationis beneficii, & tunc serua hanc distinctionem. Et ad prædicta bene facit c. cum contumacia. de har. li. vi. & satis applaudet c. rursus. Dicit tamen quod delegatus non habet hanc potestatem ex virtute censuræ ecclesiasticæ, de quo de hom. c. pro humani. §. cum igitur, lib. vi. Quadoque est citatus, vt veniat ad se purgandum, cum comminatione, vt si non comparuit, sit priuatus, & tūc puto, quod eo, quod non se purgat durans in excommunicatione, vel suspensione, sit priuatus ipso iure, quia ex tali contumacia habetur pro confesso, & sic intelligo c. rursus, & c. quicunque. iii. q. ix. c. decernimus, alias non. An. de Bu.

## ADDITIO.

a Si suspensus est. Vide late Fel. in cap. apostolicæ, col. vi de excepti. ubi late ponit materiam suspensionis, & nunquid suspēsus possit eligi, & an teneatur ad horas canonicas, & si celebrat, an sit irregularis, & alia multa. aliq̄ etiam tradit idem Fel. in c. sacro, col. iii. de sen. Seb. Sap.

## S V M M A R I V M.

1 Lex noua corrigēs recipit extensionem ad consequentia antiquæ legis. Crimen